

Vado mori presul: baculum: sandalia: mittā  
Nolens sive solens desero: vado mori

Vado mori miles: belli certamine Victor.  
Mortem non didici vincere: vado mori.



Occurrunt animo pereundi mile figure. Morsqz minus pene q̄ mora mortis habet.

### Mors

Qualiter nunc caput retrahitis  
Retro pater archiepiscope  
Accedite prope quid timetis  
Vobis dabit mors unum recipe  
Mors ubi vult precipit incipe  
Choreare sic summam debiti  
Creditam nunc tu gratis accipe  
Computandum semel est hospiti.

### Archiepiscopus

Heu nescio quam partem cernere  
Tantum stricte per mortem sum captus  
Quoniam ibo ut me adiuuare  
Scit aliquis, certe sum deceptus  
Et qui bene cognosceret ictus  
Dure mortis careret vicio  
Per oportet facere coactus  
Sum districta qualis coactio.

### Mors

Audax miles qui magnos barones  
Frequentasti et magnas dominas  
Obliuisci decet tubas omnes  
Propter pulchras tonantes feminas  
Argenteas auriqz cathenas  
Dimittite patiens constanter  
Dire mortis attendite nimis  
Id quod unus agit frangit alter.

### Miles

Heu prothdolor qui tantū famatus  
Pridem fui dulcis amabilis  
Dominabus benignus et gratus  
Et nunc mori: res est mirabilis  
Ad currendas lanceas habilis  
Semper fui nec aliquid vile  
Unqz egl: res infalibilis  
Nichil manet sub celo siabile.